Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nera. Scriptum est enim. Leta
re sterilis que non paris: erum
pe et clama que non parturis:
quia multi filii deserte magis
quam eius que habet virum. Nos
autem fratres secundum ysaac promissi
onis filii sumus. Sed quomodo tunc
qui secundum carnem natus fue
rat persequebatur eum qui secundum
spiritum ita et nunc. Sed quid di
cit scriptura. Eice ancillam et
filium eius. Non enim erit he
res filius ancille cum filio libere.
Itaque fratres karissimi non sumus
ancille filii sed libere. Qua li
bertate christus nos liberavit.

Letatus sum in hiis que dicta sunt michi in domum domini ibimus. V. Fiat pax in virtute tua et habundancia in turribus tuis. Tractus. Qui confidunt in domino sicut mons syon non commovebitur in eternum qui habitat in ierusalem. V. Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc et usque in seculum. Johannem.

In illo tempore. Abiit ihesus trans
mare galilee quod est tyberi
adis et sequebatur eum multi
tudo magna: quia videbant
signa que faciebat super hiis
qui infirmabantur. Subiit
ergo in montem ihesus et ibi se
debat cum discipulis suis. Erat
autem proximum pascha: dies festus
iudeorum. Cum sublevasset
ergo oculos ihesus et vidisset
quia multitudo maxima ve
niret ad eum. Dicit ad philip
pum. Unde ememus panes
ut manducent hii? Hoc autem
dicebat temptans eum. Ipse
enim sciebat quid esset facturus.
Respondit ei philippus. Ducento
rum denariorum panes non
sufficiunt eis: ut unusquisque mo
dicum quid accipiat. Dicit ei
unus ex discipulis suis andre
as frater symonis petri. Est
puer unus hic qui habet quin
que panes ordeaceos et duos pi
sces. Sed quid inter tantos?
Dixit ergo ihesus. Facite homi
nes discumbere. Erat autem fenum
multum in loco ibi. Discubue
runt ergo viri: numero quasi quin
que milia. Accepit ergo ihesus
panes et cum gracias egisset
distribuit discumbentibus
similiter ex piscibus quantum
volebat. Ut autem impleti sunt.
Dixit ihesus discipulis suis
Colligite que superaverunt
fragmenta ne pereant.
Collegerunt ergo et imple